



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De cibis, ac rebus ad vitam necessarijs. cap. Ixiiii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A



ICVT vrbs patēs, & absque murorum ambitu: ita viri qui non omnia cum consilio facere potest. Quibus non adest gubernatio, hi cadunt sicut folia. *Salus est in multo consilio.* *Pro. 25.*

Cum gubernatione fit bellum: auxilium autem cum corde consultante. Cum consilio omnia fac: cum consilio vinum bibe. Consilium bonum custodiet te: & cogitatio bona conseruabit te. *2.*

Congregamini, & consilium inite simul vos qui saluamini.

*Esa. 8.*  
*Eccli. 32.*

Sine consilio nihil facias: & post factum non te poenitebit. Loramentum ligneum colligatum fundamento aedificij non dissoluetur: sic & cor confirmatum in cogitatione consilij, in tempore non formidabit.

Præpara sermonem: & ita audieris. Colliga disciplinam: & ita respondebis.

Aurum & argentum est constitutio pedum: & super vtrumque consilium bene neplacitum. Cum sapiente delibera. *Eccli. 40. 9.*

*Præstat consulta tarditas inconsiderata celeritati.*

*Na. 17.*  
*Euagr.*

*In beatitudinis parte ducendum est, malo consilio excidere.*

*Omnia ea turpia sunt, quæ rationem comitem non habent: quemadmodum contra ea, quæ cum ratione coniuncta sunt, honesta ac laudanda.* *Philo.*

*Absque scita contemplatione, nihil eorum, quæ fiunt, bonum est. Ne te illud fugiat, Nilus.*  
*C* nos, ob datam sententiam ab officio alienam, ac consilium parum piū, à diuino regno in consilio excludi. Quocirca nobis faciendum est, vt iis, à quibus consulimur, cum summa consideratione consilium præbeamus. *In consilio danda summa consideratio adhibenda.*

DE CIBIS, AC REBUS AD VITAM  
necessariis. CAP. LXIIII.

D



VASI olera virentia tradidi vobis omnia: excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis. *Gene. 9.*

De fructu operum tuorum satiabitur terra. *Psal. 103.*

Initium vitæ hominis, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis fimilagineus, & mel, & botrus vuae, & oleum, & vestimentum. Hæc omnia sanctis in bona. *Eccli. 39.*

Vitum est Spiritui sancto, & nobis, non plus vobis imponere oneris, quàm hæc necessaria: vt abstineatis ab iis quæ idolis immolata sunt, & sanguine, & suffocatione, & fornicatione. A quibus conseruantes vos ipsos, bene facietis. *Act. 15.*

Scio, & confido in Christo, quia nihil immundum est ex se, nisi ei qui reputat aliquid immundum esse. Si autem propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Si quis discernit, si manducat, condemnatus est. *Rom. 14.*

*E* Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens, & conscientia. *1. Cor. 10.*

DE DOCTIS ET SPIRITVALIBVS  
viris: quot bona eos sequentur. CAP. LXV.



ABIA iustorum sciunt excelsa. *Pro. 2.*

Spiritualis omnia diiudicat: ipse autem à nemine iudicatur. *1. Cor. 13.*

Spiritu ambulate: & desideria carnis ne perficiatis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibi ipsis aduersantur. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longa- *Gal. 5.*